

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Discalceatvs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

70 DIALOG. SACRORVM

tum ex iisdem vasis, quibus ipsi hauriunt. *R.* Quidnam est in me, quamobrem digneris ita respicere me, cum sim peregrina? *B.* Perlatum est ad me, qualem tu te praefliteris erga tuam sororum post obitum viri tui; utque relicto utroque parente, terraque patria, contuleris te ad populum tibi antea ignotum. Quod factum Jova Deus Israëlitarum rependet tibi cumulatissimo præmio, sub cuius quasi alarum præsidium tu te receperis. *R.* Agnosco tuam gratuitam benignitatem & misericordiam, qui tam comiter confirmes animum meum consolando: cum tamen indigna sim, quæ vel in ancillarum tuarum numerum veniam.

SENTENTIA.

Pii favent pii, eisque benefaciunt.

DISCALCEATVS. Ruth. 4.

ARGUMENTVM.

Boozus, reculante altero propinquo, emit bona Noemis, Ruthamque dicit uxorem.

Boozus, Propinquus Ruthæ, Senatores.

Heus tu, qui hac transis, adesdum, paucis te volo. *P.* Quid nam id est? *B.* Consiste hic paulisper, dum evoco aliquot de senatoribus civitatis, ^{a)} qui transeunt per hanc portam, ut adsint nobis in hoc negotio: nam seria res est egetque testibus. Heus vos senatores, quæso vos, ut accommodetis lucis nobis aliquantisper vestram ope-

^{a)} In portis urbium erant curiae.



R. operam: non faciemus longius. *S. Adsumus,*
ta re- dic quid velis. *P. Partem fundi qui fuit cognati*
latum nostri Elimelechi, venundat Noemas, reversa ex
m fo- agro Moabitarum. Hanc rem visum est mihi, ut
roque tibi significarem, ut si empturus es, emas in præ-
popu- sentia senatus nostri: sin minus, indices mihi.
Jova Nemo est enim cognatus propinquior te, secun-
ssi- dum quem ego sum. *P. Ego vero emam.* *B.*
tu te Sed cum fundum emes a Noemi, & a Rutha
nigni- Moabitide, uxore demortui, emes ea conditio-
con- ne, ut ipsam Rutham ducas in matrimonium,
aime- ut b) suscites nomen illius in ejus hæreditate.
n nu- *P. Non licet mihi hac lege emere, ne corrumpam*
emit patrimonium meum. *Eme tu, si vis, meo loco:*
n. mihi quidem emere non licet. Atque in hujus
rei testimonium accipe calceum meum de manu
mea. Ego, quemadmodum exui me hoc calceo,
ita testor, me cedere tibi meum jus in hac re.
B. Vos senes & populares, hodie mihi testes eri-
tis, ut ego emam omnia bona Elimelechi; &
Chilionis, & Machlonis, a Noemi: utque mihi
vindicem in matrimonium Rutham Moabitidem
conjugem Machlonis, ut consulam nomini de-
mortui in ejus hæreditate, & ejus consanguinitate
& patria. *Vos hodie testes nuncupo.* *S. Testa-*
bimur. Faxit Jova, ut mulier ista, intratura tuam
domum, tam sit fœcunda, quam fuerunt Rahel, &
Lea, quæ dux prole instruxerunt dominum Israeli-

E 4

tarum:

b) Prolem ex Rutha suspicias, quæ demortui dicatur,
secundum legem.



72 DIALOG. SACRORVM

tarum: utque egregium quid facias in c) Ephra. tamta, & tibi nominis famam compares Bethlehem, fiatque domus tua similis domui Pharis, quem diqu Judas sustulit ex Thamare, progenie tibi a Jova data ex puella,

SENTENTIA.

*Qui vult defuncti possessionem, habeat viduam.
Qui vult, quod placet, habeat & quod displicet.*

SAMSON. *Judicum 15.*

ARGUMENTVM.

Samson vincitus ad Palæstinos deductus, abruptis vinculis occidit maxilla asini mille viros.

Judæi, Samson, Palæstini.

An nescis Palæstinos habere imperium in nos
S. Scio. J. a) Cur ergo incendisti segetes eorum, magno nostro malo? *S. Par pari re-tuli. J. Atqui huc venimus, ut te vincitum dedamus eis: S. Si quidem jurejurando confirmatis, vos non illaturos mihi manus violentas, vinciatis licet. J. Fidem damus. S. Agite, colligate, ducite, adducite, quantum potestis. P. Euge, adducitur ille hostis noster capitalis, qui immisit sceleratas faces in segetes nostras, nunc, nunc ulciscemur. Nunquam hodie effugies Samson, hic tibi finis adest vitæ. S. Agite vero, si quid animi habetis, aggredimini vincitum? experiar tamen,*

c) Id est, Bethlehem, ut mox declarat.

a) Dominos irritare detimento sum.

